Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2439
Quelle:
Copyright:

ſemper debes conſiderare ad quid veneris &c. Inter Opuſcula *Bonaventurae*, T. VII. *Lugd.* 1668. f. inſcribitur f. 613. *De Inſtitutione Nouitiorum Pars Prima.* Tituli Capitum variant, et in C. XIII. *De Cella* Codex interſerit Verſiculos 27. qui incipiunt:

Summa quies cella. ſugarine virga tenella.
Fixa ſub aſcella. Dans ſtultis dura flagella &c.

et abſunt ab editis. Finis: *Caſtus ſis in omnibus.* Vide et *Indicem. Fol.* 78. *Incipit* altera Pars ſeu *modus boneſte et bene viuendi in religione profeſſorum et proficiencium aut eciam perfectorum.* Initium: *In priori formula nouiciorum quam tibi nouicio ſcripſi* &c. Apud *Bonaventuram* T. *cit.* p. 558. dicitur: *De Profectu Religioſorum Liber Primus;* comprehendit vero in Cod. etiam *Secundum*, qui in *Edit. p.* 574. habetur, non tamen integre; deficit enim in his *Cap.* LXIV. *De Laudatione Dei* verbis: *tanto verius laudatur et ardencius amatur.* Capitum praeterea Diviſio et Επιγραφαι multum variant. Extare haec etiam ſub *Davidis de Auguſta* O. M. nomine jam alibi monui. Vide *Cod.* praeced. et in *Indice.*

II. *fol.* 155. *Incipit libellus ſeu tractatus de inſtructione Nouiciorum Secundum modum viuendi in ordine fratrum Predicatorum compilatus et ordinatus in conuentu paryſien. per fratrem.* Nomen reticuit Librarius, nec facile illud ex Ordinis *Bibliotheca* eruitur. Conſtat Opuſculum *Capitibus* XII. cum Adpendice *de Modo orandi* Novitiorum. Primum inſcribitur: *De Modo Recipiendi eos ad ordinem*, et inſit: *Convenientibus fratribus ad capitulum cum illo qui preeſt.* &c. Deinceps de Modo eos inſtruendi, de eorum Confeſſione, Studiis, Choro, Dormitorio, Cellis, Capitulo, Refectorio &c.

III. *Fol.* 167. *Incipit alia informatio religioſorum ſcripta et ordinata per ſanctum bern. abbatem quondam in clara Valle monaſterio Ciſtercien. Ordinis.* Initium: *Si quis emendacionis vite deſiderio tactus intrinſecus* &c. *Arnulphi de Boberiis* Monachi Ciſt. eſt, in *Tiſſerii Biblioth. Ciſt.* T. VI. p. 138. inſcripta *Speculum Monachorum.* Extat tamen etiam inter *Bernardi* Spuria edit. *Mabill. Pariſ.* 1690. T. V. *col.* 799. f.

IV. *fol.* 168. p. 2. *Incipit formula quedam boneſte et deuote ac ordinate uiuendi quam fecit et ſcripſit beatus bernardus ad quendam Monachum ſui ordinis.* Initium: *Petis a me mi frater kariſſime* &c. Spuria et ipſa, ut dictum ad *Codd.* plures.

V. *fol.* 170. p. 2. *Hic nota quomodo frater morti proximus debet interrogari et eciam reſpondere.* Dein: *Ammonicio Sancti Wilhelmi archiepiſcopi ad fratrem proximum morti.* Reſcribe *Anſelmi* Cantuar. et adi, ſi vacat, *Cod.* DCXXXVI.

VI. *fol.* et p. iisd. *Incipit informacio quomodo religioſus quilibet diuerſas paſſiones chriſti pro ſingulis*